Fragmentarium

amus. Ut fragilitatem et infirmitatem
nostram cognoscamus secundum illud [illegible]
ti nos in loco afflictionis. Ut tempore af-
flictionis ipsum recognoscamus et ad
eius auxiliacionem et liberacionem et
misericordiam recurramus secundum illud psalmi
Imple facies eorum ignominia et querent
nomen tuum domine. Item psalmus Multiplicate
sunt infirmitates eorum postea accelera-
verunt. Item psalmus Invoca me in die tri-
bulacionis eruam te et honorificabis
me. Ut a peccatis caveamus et emen-
demur. Sicut enim virga magistri retra-
hit puerum a noxio ludo sic flagella
domini retrahunt nos a peccato. Psalmus Propter
iniquitatem corripuisti hominem. Ut eter-
num flagellum evadamus. Nullus
enim est quem non oporteat flagellari
vel hic temporaliter vel in futuro eternaliter.
De illis enim qui non flagellantur
hic dicitur in psalmo In labore hominum non sunt
et cum hominibus non flagellabuntur. Glo-
sa: sed cum demonibus. De bonis vero
quos dominus flagellat in hoc mundo dicitur
in psalmo Si autem dereliquerint filii eius le-
gem meam et cetera visitabo ibi misericordiam autem me-
am non dispergam ab eo. Ut per pacien-
ciam temporalis flagelli eternam gloriam me-
reamur. Anima sicut dicit quidam sed
quasi ala qua nos hic premunt ad futuram
gloriam nos ire compellunt. Hee sunt ergo
cause propter quas flagellat nos dominus in
hac vita scilicet nostra humiliacio, nostre
fragilitatis recogitacio, ipsius bo-
[illegible] id est a peccato retractio,
id est eterni flagelli evasio, eterne
glorie acquisicio. Et certe omnes iste
cause divine flagellacionis sunt signa
magne dilectionis propter quod in magna
dulcedine et in magna paciencia debe-

mus sustinere tribulaciones et miserias
que accidunt nobis tamquam flagella piissimi
et amantissimi patris sicut admonet nos
Salomon qui dicit Disciplinam patris tui
fili mi ne abicias nec deficias cum
ab eo ~~arguens~~ arguaris corripieris. Quem enim
diligit dominus corripit et quasi pater in filio
complacet sibi. Et apostolus dicit quod ipse fla-
gellat omnem filium quem recipit. Quasi diceret
flagellat per tribulaciones tamen sicut omnem
filium quem recipit ad hereditatem perpetuam.
Et hic dicit omnem quia non solum flagellat nos
qui sumus filii adoptivi sed etiam flagellavit
suum filium naturalem id est dominum nostrum Ihesum Christum.
Cum enim non haberet unde posset flagellari
cum esset per omnia coequalis patri et impassibilis
in natura sue divinitatis fecit eum carne-
um ut haberet in quo posset flagellari
id est in natura assumpta humanitatis. Ipse ergo
eternus dei patris filius sicut dicitur in libro
sancti Odonis cunctas mentis tribulacionis moles-
tias consolans mirabili compassione totum
pro pietate sustinuit quod nobis pro necces-
sitate sustinendum novit ut nos homines
qui pro merito culpe patimur non refugiamus
cum ille qui dives est pro sola condescensione
tanta sustinere dignatus est. Nos itaque
puto omnibus tam presumptuosum ut quasi
de singulari merito vel digniori natura
presumens presentem vitam sine molestiis querat
sibi disponi cum ipse quoque auctor vite
sine dolore passionis ab eadem vita non
exijt [illegible] cum virtutibus polleat.
Quod digna est vita peccatorum si etiam eius vita
pro nobis flagellis subiacuit que sed dicta
nulli peccato fuit. Hec usque de libro sancti O-
donis. ¶ Tribulaciones ergo Christi multum de-
bent nobis alleviare et dulcificare tri-
bulaciones huius mundi que non sunt nisi fla-
gella et correpciones patris nostri celestis. Quis
enim filius quem non corripit pater? Ergo si

License: public_domain – Antwerpen, Erfgoedbibliotheek Hendrik Conscience, B 28712:4, fol. 6v – Remigius Florentinus, <i>Tractatus de misericordia</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-g107/9386/69237)